



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 02531/2026-854/26/I

DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, cuius est omnia quae ad concessionem et usum Indulgentiarum spectant rite ordinare, vi facultatum sibi specialissimo modo tributarum a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Leone Divina Providentia Papa XIV, Ministro fidei ac laetitiae nostrae, Excellentissimo ac Reverendissimo Patri Domino Christophoro Iosepho Nykiel, Episcopo Tit. Veliensi, Paenitentiariae Apostolicae Regenti, benigne concedit ut, die IV Octobris MMXXVI, die festo Sancti Francisci Assisiensis, in Iubilaeo Beatae Mariae Virginis Częstochoviensis Paroeciae de "Zelów", Lodziensis Archidioeceseos, post litatum divinum Sacrificium, impertiat omnibus christifidelibus adstantibus qui, vere paenitentes atque caritate compulsi, iisdem interfuerint sacris, **papalem Benedictionem** cum adnexa *plenaria Indulgentia*, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et Oratione ad mentem Summi Pontificis) lucranda, integra manente facultate trium illarum quas de iure communi per annum potest largiri.

Christifideles qui **papalem Benedictionem** devote acceperint, etsi, rationabili circumstantia, sacris ritibus physice non adfuerint, dummodo ritus ipsos, dum peraguntur, ope communicationis instrumentorum propagatos pia mentis intentione secuti fuerint, *plenariam Indulgentiam*, ad normam iuris, consequi valebunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die I mensis Octobris, anno Dominicae Incarnationis MMXXVI.

*De mandato Em. mi
+ Christophorus Iosephus Nykiel
Episcopus tit. Veliensis, Regens*

*Antoni Gajda
officis*